


PRÆFATIO AD LECTOREM.

 Rigenis verba sunt hæc : Venisti ad aquam.
Baptismi? Istud est certaminis & pugnæ spi-
ritualis initium : Hinc tibi adversus zabulum
nascitur pugnæ principium. Hom. 9. in Judic.
Pugna hæc quàm periculosa, fortis & longa sit, S. Tho-
mas à V. N. in Cantica aperit, dum dicit : Militi Chri-
stiano, quamdiu in hoc carnis tabernaculo est, tenta-
tiones deesse non possunt : Quocunque te vertas, quo-
cunque vadas, quomodocunque vivas, sine tentationi-
bus esse non poteris ; sed una superata, alia fortior orie-
tur ; & illâ devictâ exspectabis aliam ; neque dabitur
tibi locus, ut salivam glutias tuam : siquidem, ut ait
Job : *Militia est vita hominis super terram.* Vel, ut
sanctus scribit Laurentius Justinianus in ligno vitæ, c. 4.
de patientia ; Vita hæc nostra in medio insidiorum, in
medio præliorum est ; si nolumus vinci, vigilandum
est ; si volumus superare, pugnandum est. Et hanc
ob causam, Lector Benigne, denua Pastoribus ani-
marum arma subministro spiritualia ; Nam, si Via-
tor pallium, Navarchus vela, & Miles faciem ob-
vertas vento, quid nî faciat zelosus Ecclesiastes suo
Auditorio ? Præstat tamen, si subinde vitia parum
nota silentiô dissimulet, quàm quòd ea publicis buc-
cinationibus in aciem provocet ; ne nempe co-
natibus

natibus suis potiùs officiat, quàm proficiat. Magnatum
 & Ecclesiasticorum virorum maculas digitò monstrare
 periculosissimum est: Illis enim potentia, his verò Sa-
 cri Canones patrocinantur. Publica verò scandala vel
 maximè oppugnanda sunt cordato Ecclesiasti; ita ta-
 men, ut in tollendis illis circumspèctissimè se gerat; &
 potiùs solertem agat Chirurgum, qui exulceratis plagis
 plus olei, quam vini infundat. Immò, discernat quivis
 circumspèctus & zelosus Ecclesiastes, an pro sui Audito-
 rij conditione opus sit gladiò Pauli, Floribus Chryso-
 sti, Favis Bernardi &c. Sin autem, uti modernis tempo-
 ribus affolet fieri, etiam in hac mea armatura novitatem
 desideres; En novitatem: Dixisti forsan, dum in priori-
 bus meis opusculis vidisti & legisti citationes ex utroque
 Jure, ut quondam David, cùm Armis Regis Saulis indu-
 tus erat; *Non possum sic incedere, quia usum non habeo.*
 1. Reg. c. 17. v. 39. Ecce! novo labore modum monstro,
 quò quisque, etiam sic armatus, inimpeditè incedere va-
 leat: Nam quotquot sunt citationes tales in hoc novo
 opere, tot etiam inibi reperies vel Sanctos Patres, vel
 Concilia, vel alia, ex quibus tenor rerum desumptus est:
 Et hinc, si non placet citare Jura modò positò, citari
 possunt Authores nominati. Quare Ecclesiastes zelosis-
 sime, confidenter apprehende & hæc arma, vigila & la-
 bora pro animabus Tibi concreditis: Immò, clama, ne
 cesses, quasi tuba exalta vocem tuam & dic:

nolite facere iniquum alicuius.

Levit. c. 19. v. 35.

Elen-

Ele
 Egidius
 Elias
 Elias
 Albertus
 B. Albertus
 P. Alexander
 Alicas
 Aloysius
 R.P. Alphonsus
 S. Ambrsius
 P. Antonius
 Antonius
 S. Antonius
 Architas
 Aristoteles
 Arnoldus
 S. Asterius
 S. Augustinus
 Barza
 Barboza
 Baronus
 S. Basilus
 Eusebius
 V. Beta
 Belerminus
 Berobonus
 P. Bernartinus